

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius, SS.
Theol. D. eiusdemq[ue] P. P. & Eccles. ad Exequias, Quas Vir ... Dn. Johannes
Bacmeisterus, Med. Doctor Eximius, Filiolae suae ... Sophiae Hedewig
Bacmeisters/ adornatas cupit, Omnes omnium Academiae ordinum Cives
peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746584105>


Druck Freier  Zugang





Mauritius, C.,
in **S. H. Bacmeister.**

R. 1650.

48.







PROGRAMMA

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

CASPARUS MAURITIUS,

SS. Theol. D. ejusdemq; P. P.

& Eccles.

ad Exequias,

Quas

Vir Clarissimus & Experientissimus

DN. JOHANNES

BACMEISTERUS,

Med. Doctor Eximius,

Filiola sua mellitissima & unica

SOPHIAE Hedewig Bacmeistero/

adornatas eupit,

omnes omnium Academie ordinum

Cives peramanter invitat.




OS (O) SO



ROSTOCHII;

Typis NICOLAI KILH, Acad. Typogr.

Anno M. DC. L.



Uti fatali quadam & absoluta necessitate mortis genus & horam definiunt, quomodo exire ictum validissimum, qui ab evidentibus factæ scriptaræ testimoniis intentatur, queant, invenire nulla arte & sophistica possunt. Est nimirum res solis radiis scripta, nec impios ordinariè attingere illum vitæ terminum, quem explere aliàs possent, si vitis bellum indicerent; & pios Deiq; amantes, siquidem id ipsorum salutis æternæ non officiat, per divinæ benignitatis remunerationem longævus esse. Sic enim sonat præceptum DEI: *Honora Patrem & Matrem, ut sis longævus super terram.* Hoc inter ea, quæ homines spectant, primum obtinet locum: licet Judæorum Magistri, quos Rabbinos vocamus, qui DCXIII. præcepta legis cum affirmativa tum negativa recensent, eademq; in XXIV. domos dispescunt, duodecim affirmativis & totidem negativis assignantes, hoc ipsum præceptum domus demum nonæ, quam vocant domum doctrinæ, ordine XXIV. & XXV. faciant. Sed placuit divinæ sapientiæ parentibus post Deum assignare locum, eo quod honor timorq; Parentibus debitus nec merè divinus nec merè humanus sit, sed *ex parte* sive in confinio utriusq; ut optimè Philo loquitur. Atq; ut tanto majorem vim in animis hominum haberet, amplum sanè præmium obsecuturis proposuit, vitæ nimirum, quantum quidem in terris licet, beatæ & consecutionem & prolixiorè durationem. Unde consequitur, vitam hominis non esse absolutæ cuidam necessitati, sed certæ conditioni negativam quam qui implèt &, ut ita dicat;

dicam, purificat, extendere atq; extrahere vitam possit. Qua conditione admissa stare absoluta necessitas nequit; extremè quippe sibi adversantur absolutum & conditionatum. Neq; hic dici debet, hominum gratia sic loqui DEUM & nobiscum velut balbutire, qui jam antea decreverit iis dare vitam longiorem. Sic enim promissio præmii omnem vim amitteret, stante nimirum tali decreto, stabit terminus vitæ, sive conditio illa impleatur, sive minus. At clara est Scripturæ litera, quam repræsentavimus, claræ sunt promissiones. *Timor domini apponit dies: anni vero impiorum abbreviantur.* Prov. X. 27. Id quod Hiskia exemplum mirè corroborat, qui productionem vitæ jam exhaustæ obtinuit in quindecennium. Quod ipsum evincit, etsi huic exemplo inesse aliquid singulare dicatur, non omnis hominis vitam fatali necessitate esse circumscriptam, *ὅτι ἐξ ἐδου θεοῦ ἐστίν.* Qui dicunt, sub nuncio esto, Morieris, tacitam contineri conditionem sua vinæta cædunt: neq; enim conciliari absolutum cum conditione ullo modo potest. Inepti sunt, qui contendunt, Deum hac ratione palam facere voluisse, quam Regi ab æterno designârat *παρρησιόγηται*. Nimirum id dicunt, sub certa conditione Deum voluisse restatum facere, quod ipse absolute decreverat ab æterno. Quæ sunt inconsistentia, ut sæpius dictum, & Deum faciunt secum pugnantem atq; adversantissimam, decreto executionem. Rectè Augustinus: *illi anni quindecim non rectè additi dicerentur Hiskia, nisi aliquid adderetur, quod sese aliter in aliis causis habuerat, secundum aliquas igitur inferiores causas iam vitam finierat, secundum illas autem quæ sunt in voluntate & præscientia Dei, qui ex æterno noverat, quod illo tempore facturus erat, & hoc verè futurum erat, tunc erat finiturus vitam, quando finivit vitam, quia & sic oranti concessum est, etiam sic eum oraturum, ut tali orationi concedi*

oporteret, ille utiq; præsciebat, cuius præscientiæ falli non poterat,
& ideo quod præsciebat, necessario futurum erat. Hæc Augu-
stinus, qui rectè statuit, orationi Hiskiaë concessum ut
ad quindeccennium vita ipsi extraheretur, aperte indi-
cans, vitam piorum non absolute determinatam, sed à
certis conditionibus ordinariè suspensam esse. Sed nec
minus impiorum vitæ terminus fatalem necessitatem
sine ullo causarum secundarum aspectu excludit, si Sa-
crum Codicem, vel, Deum potius ipsum audimus. Nil
clarius esse potest illo Davidico: *impij & sanguinarij non
dimidiabunt dies suos* Psal. L V. ult. ver. Quomodo vero
cohereant cum præcedentibus, manifestum est. Præ-
cesserat: Deus hostes meos vitæ meæ insidiantes descen-
dere faciet in puteum foveæ, quam mihi foderunt, hoc
est, sitientes sanguinem meum occidet inopinata & præ-
festina morte. Additur ratio generalis: *Viri enim sangui-
num & doli non dimidiabunt dies suos*, sive ne dimidium
quidem annorum, quos vivere, si legibus divinis parui-
ssent, potuerant Exod. XXIII. 25. Deut. IV. 40. &c.
complebunt, sed præcocem mortem obibunt, sicut in
lege sua Deus ipsis est comminatus Deut. XXX. 19.
XXII X. 20. seqq. Atq; hæc firmiter constituta sunt,
nec possunt nihili exceptionibus elidi. Quales sunt eo-
rum, qui vel dicunt dies hic esse explicandos per nego-
tia, quæ improbi moliantur, sed emoliri nequeunt; vel
contendunt, per dies impiorum esse intelligendum
communem vitæ humanæ terminum LX. LXX. &
LXXX. annorum, quem impii non adsequantur; vel
deniq; nihil aliud hic dici contendunt quam perituros
impios antequam sperent. Etenim prima glossa *αὐτοῦ* &
est, proprietati vocum & contextui repugnans, quæ
eadem felicitate rejicitur, qua asseritur. Et pij sæpè ne-
gotia ad finem deducere prohibentur; neq; tamen eos
hoc


581
hoc divinæ comminationis fulmen ferit. Secunda parti-
ter à litera discedit: non enim dicitur, dies aliorum ho-
minum, sed suos. Et sic æquè de piis dici posset, quod
sœpè non dimidiant dies suos, dum ad ætatem istam,
profectam non perveniunt. Quin dici impij non dimi-
diare dies suos planè non possunt, stante illo absoluto
& fatali decreto: nam secundum ejus tenorem exactis-
simè complent dies suos haud secus ac probissimè
quiq;. Deniq; ultima quoq; glossa vim proprietati vo-
cum & contextui facit, ut cuivis apparet: neq; enim de
opinione impiorum & vanis speribus sermo est, sed de
re ipsa. Quid? quod multi impij spes suas implere anno-
rum, quos vivunt, numero vident: contra multi pii spe
sua & votis exciderunt, longam vitam sperantes. Unde
consequitur, hos tunc dicendos esse, non dimiasse dies
suos, non illos. Summa, perit vis omnis comminatio-
num divinarum, si dicatur, impios non aliqua singulari
ratione mori, sed isto mortis genere, istaq; mortis hora,
qua mori omnes alios homines fatali necessitate decre-
tum est. Perit omnis cura tuendæ sanitatis & adhiben-
dorum remediorum, si absolute necessaria est cum ge-
nere mortis hora: perit dignitas medicinæ, quam ta-
men nemo, cui sanum est incipit, vituperaverit. Neq;
enim qui luxuria vires corporis labefacit, non poterit
labefactare, neq;, qui diligenter curat valetudinem, id
facere non poterit. Fatale erit sic vivere, fatale sic mo-
ri. Dices, fatale esse convalescere, & propterea fatale
esse adhibere medicum. Verum, si hoc fatale est, cessat
omnis laus & reprehensio, præmium & pœna tam re-
spectu ægri quam respectu Medici, quicquid demum
uterq; fecerit: in neutrius enim potestate fuit aliter
agere. Et si ad eum modum omnia dicuntur esse fatalia,
fatalis quoq; erit horum sanctorum Stoicorum error.


nec poterunt non errare. Quare frustra sudamus, ut hic
iis error eripiat. Mittamus ergo fatales hosce, vel, si
mavis, fatuales Stoicos, & in verbo Dei unice acquiesca-
mus, semper moniti Paulini memores: μή ὑμεῖς Φρονεῖν, μή
ἡ δὲ θεοῦ Φρονεῖν ἀλλὰ Φρονεῖν εἰς τὸ σω Φρονεῖν. Sed & illud Hie-
ronymi fideliter teneamus: *DEUS*, inquit, *in Scripturis*
promittens bona temporalia, presentia & carnalia, si ea non pra-
stat, dat pro eis longè majora, scilicet spiritualia caelestia & aeter-
na. Et hoc Hieronymi imprimis dictum sibi putabit Vir
Clarissimus & Experientissimus *Dns. Johannes Bacmeisterus*,
Med. Doctor Eximius, amicus noster pl. dilectus
& honorandus, qui nunc unicam filiolarum, eandemq; sci-
tissimam longèq; charissimam *Sophiam Hedewig* luget,
Dignissima ea fuisset longiori vita, quam Deus hono-
rantibus patrem & matrem promisit: sed qui hanc non
praestitit Pater benignissimus, nullum dubium est, quin
pro temporalibus animulae Jesuli nostri sanguine mun-
datae dederit longè majora, scilicet spiritualia, caelestia,
& aeterna. Nata est piè defuncta *Sophia Hedewig* hoc ipso
anno XVII. Septemb. hora secunda matutina, die vero
XIX. ejusdem mensis lavacro regenerationis initiata,
ac nomen utriusq; Aviae consecuta, Patre jam nomina-
to *Dni. D. Johanne Bacmeistero*, & Matre *Hedewig Wulffo*
rahts. Avum Paternum habuit Virum Clarissimum &
Experientissimum *Dn. Mattheum Bacmeisterum*, Phil. &
Med. Doctorem celeberrimum, Illustriss. Inferioris Sa-
xoniae Principis Augusti quondam Archiatrum, & in-
clutae Reipubl. Lunæburgensis Physicum, Viri admo-
dum Reverendi & Excellentissimi *Dn. Lucae Bacmeisteri*,
S.S. Th. D. Academiae hujus olim per integros XLVI.
annos Professoris optimè meriti, Ecclesiae ad D. Mari-
am Pastoris & per complures annos Superintendentis
meritissimi, ut & *Joanna Bordingia*, Clarissimi & summâ
erudi-

582
eruditione, pietate & virtute præstantissimi *Dni. Jacobi Bordingij*, Med. Doctoris, quondam Academix hujus per Septennium Professoris, & primum Illustrissimorum Ducum Megapolensium *Dn. Henrici Pacifici*, & *Dni. Joannis Alberti*, deinde Potentissimorum Regum Danix *Christiani III. & Friderici II.* Archiatri filix primogenitæ, Amplissimi & Consultissimi p. m. Viri *Dni. Jacobi Bordingij*, Jurisconsulti Eximij, hujus itidem Academix per multos annos Professoris, Illustrissimi Principis ac Domini *Dni. Udalrici* Ducis Megapolitani beatissimæ memoriæ per viginti tres annos Cancellarij & Consiliarij, & tandem Consulis Lubecensis benè meriti Sororis filium. Maternum verò Virum Prudentiss. *Dn. Dietericum Wulffrath*/ Senatorem hujus urbis Spectatissimum. Viri probatæ integritatis *Dieterici Wulffrath*/ Civis & Mercatoris Lubecensis, quoad fata sinebant, primarij & Matronæ honestissimæ *Magdalena von Cöllen*/ filium. Avia Paterna adhuc per Dei gratiam superstes est *Sophia Kellermans*/ filia Consultissimi quondam Viri *Dni. Joannis Kellermanni*, Consulis Reipublicæ hujus Urbis Amplissimi & Matronæ laudatissimæ *Dorothea Jüngelings*/ Literatissimi *Dni. Bernhardi Jüngelings*/ Illustrissimorum Ducum Megapolensium *Joannis - Alberti & Udalrici* felicissimæ recordationis primū tam in aulā, quā in obsidione Hafnensi Secretarii, deinde in oppido Gadebusch & civitate Wismariensi rei monetariæ Præfetti, *Elisabetha* item *Kupfferschlegers*/ ex Westphaliæ oppido Hornon incelebri oriundæ filix. Materna vero Avia foemina laudatissima *Hedewich Zanken*/ quæ ante triennium & quod excurrit, eheu! vitam cum morte commutavit. Viri quondam Consultissimi & Excellentissimi *Dni. Martini Zanken*/ J. U. Doctoris & Syndici de Republ. Wisma.


Wismariensi benè meriti, ut & Hebewich Dencfers/ Dni
Petri Dencfers/ Illustrissimi Holfatorum Ducis Præfe-
cturæ administratoris solertissimi filix filia, & Nobilissimi & Consultissimi Dni, Martini Zandken / Potentissimi Regis Daniæ Friderici III. & Illustrissimi ac Serenissimi Electoris Saxonici Joannis Georgij Consiliarij Soror. Hi sunt beatulæ nostræ Majores, Parentes, Cognati, quorum laudatissimis vestigiis dubio procul institisset, si tanta lucis usura frui contigisset. Sed quatuordecim saltem hebdomadam uniusq; diei hospes in hoc immundo mundo fuit. Nam XXVI. mensis hujus Decemb. sexta matutina præter omnem quidem expectationem, attamen placidè animulam suam Deo creatori reddidit magno cum desiderio parentum & agnatorum. Sed meminerint, *calium esse regnum caelorum*. Innumeris malis erepta est. *Dominus dedit: Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum*. Cæterum cum hodie hora 1. in templo Mariano beatulæ nostræ funus futurum sit, peramanter & officiosè rogamus & monemus Cives omnium ordinum Academicos, ut moestissimis Parentibus totiç; inclitæ familiæ honorem hunc & benevolentiam exhibere, & tempore locoq; quo diximus, frequenter convenire haud grauentur, & id agant, ut sibi instar totius vite sit dies, nec tanquam ultimum rapiant, sed sic aspiciant, tanquam esse vel ultimus possit, & eo animo hoc programma legant, tanquam cum maximè legentes mors evocatura sit. P. P. Rostochij sub sigillo Rectoratus nostri die XXIX. Decemb.

Anno M. DC. L.






GK





eruditione, pietate & virtute præstare
Bordingij, Med. Doctoris, quondam
 per Septennium Professoris, & pri-
 mum Ducum Megapolensium *Dn. He-*
Joannis Alberci, deinde Potentissimorum
Christiani III. & Friderici II. Archiatri
 Amplissimi & Consultissimi p. m. *V-*
dingij, Jurisconsulti Eximij, hujus itidem
 multos annos Professoris, Illustrissimæ
 mini *Dni. Udalrici* Ducis Megapolita-
 moriæ per viginti tres annos Cancel-
 larius & tandem Consul Lubecensis bene-
 meriti. Maternum verò Virum Prudentem
Wulffrathij Senatorem hujus urbis Sp-
 ri probatæ integritatis *Dieterici Wulff-*
 rathii Senatoris Lubecensis, quoad fata sine
 Matronæ honestissimæ *Magdalena* vobis
 Avia Paterna adhuc per Dei gratiam sine
Kellermans/filia Consultissimi quondam
Joannis Kellermanni, Consulis Reipublicæ hu-
 jus, & Matronæ laudatissimæ *Dorothe-*
teratissimi Dni. Bernhardi Jüngelings/
 Ducum Megapolensium *Joannis - Alber-*
 cisimæ recordationis primū tam in a-
 ditione Hafniensi Secretarii, deinde in
 & civitate Wismariensi rei monetariæ
the item *Rupferschlegers* / ex Westphalia
 non incelebri orundæ filia. Materna
 na laudatissima *Hedemich Zancken*/quæ
 quod excurrit, eheu! vitam cum morte
 Viri quondam Consultissimi & Ex
Martini Zancken/J. U. Doctoris & Syn



Jacobi
 æ hujus
 is simo-
 & *Dni.*
 Daniæ
 genitæ,
obi Bor-
 iæ per
 ac Do-
 æ me-
 liarij,
 oris fi-
ericum
 n, Vi-
 Mer-
 arij &
 ium.
Saphia
Joan-
 nplif-
 s/Li-
 orum
 fel-
 obfi-
 ebusch
yabe-
 Horn
 demi-
 um &
 vit.
Dni.
 publ.
 sma-